



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

32. Quidam Ecclesiasticus ab Episcopo exc[om]municatus, cum interea  
pro Christo martyrimum subiret, corona & præmio martyrij antequam ab  
ipso Episcopo absolueretur, frui non potuit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

tera, inquit, o pater, ad hesternum vsque diem  
carcere quodam clausus fui. Verum hodie so-  
lutus ac liber factus sum. Hoc modo cunctis  
innotuit eadem hora, qua diaconus precatio-  
nem illam supra sepulchrum legerat, noua  
& admirabili ratione fratrem istum à sacro  
vinculo fuisse liberatum. De hoc quoque satis  
existimari potest, quanta vis sit eius vinculi,  
quo mortales à sacerdotibus ligantur.

*Michael Glycas parte 4. Annalium. Quidam Eccle-  
siasticus ab Episcopo excommunicatus, cum interea  
pro Christo martyrium subiret, corona & premio  
martyrij ante quam ab ipso Episcopo absolueretur,  
fieri non potuit.*

## CAP. XXXII.

**I**n historia Ecclesiastica Philonis philosophi  
reperitur, quodam persecutionum Prisca-  
rum tempore seniori Ecclesiastico ab antistite  
sacris interdictum fuisse. Quum autem senior il-  
le quandam ob causam necessariam aliquod  
profectus esset, accidit ut ab Ethnicis comprehen-  
sus, testimonio suo veritatem obsignaret. Hinc  
templum eo loco conditur, & renoualia pera-  
guntur: quumque antistes hæc verba pronun-  
ciaret, Pax vniuersis: Sandapila templo excep-  
sit, idque non semel, sed bis terue factum. Huic  
per quietem antistiti senior oblatus: Abito, in-  
quit, & episcopo meo sis author, ut huc veniat,  
meque vinculis exsoluat. Nam officio me sa-  
cro exclusit, ideoque sacris interesse vobiscum

A a 7 nequeo.

nequeo. Testimonij quidem coronam contem-  
 quutus sum, sed Dei faciem necdum contempsit.  
 Quid si me ipse profectus non exsoluerit, alius  
 exsoluere non poterit? Quum igitur his  
 temperatum esset, Sandapila templo exire  
 re desijt. Atq; hanc ob causam Deo cunctis  
 riam tribuebant, qui seruis suis eiusmodi  
 testatam concessisset. Ioannes quidem  
 ille aureus hac de re verbis huiusmodi dicitur.  
 Nos secundum legem atque præscriptum  
 ecclesiasticum vincula quibusdam iniicimus.  
 si quis flocci pendit, is sciat mortis atq; iudicij  
 tempus appetiturum, quod ipsum docet  
 Dei sermonem, & eius Ecclesie leges multas  
 falsas ac mendaciter excogitas esse.

*Gregorius Magnus lib. 1. Dialog. cap. 12. De vir-  
 tibus Seueri sacerdotis, cuius precibus & lacrimis  
 defunctus quidam ad inferos à demonibus liberatus,  
 vitæ restitutus est, & penitentia tempore  
 gratiam adeptus, tandem feliciter ad Deum  
 migrat.*

## CAP. XXXIII.

**I**N valle Interorina, erat quidam vir vite valde  
 admirabilis, nomine Seuerus, Ecclesie beate  
 Mariæ Dei genetricis & semper virginis sacer-  
 dos. Hunc cum quidam paterfamilias ad  
 remum venisset diem, missis concito nuncijs  
 rogauit, vt ad se quanto ius posset venire, suis  
 que orationibus pro peccatis eius intercede-  
 ret, vt acta de malis suis poenitentia solutus  
 culpa